



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

60. An Capitulum Sede vacante teneatur solvere debita Episcopi defuncti  
ex fructibus Episcopatus? Et docetur Capitulum Sede vacante teneri  
eleemosynas impertiri ad quas Episcopi tenentur Ex p. 8. tr. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

beneficium, quorum collatio ad Episcopum pertinet? Ex p. 8. tr. 4. Ref. 40.

**A**ffirmativam sententiam docet Baunius in Theol. mor. tract. 1. 1. quast. 25.

Primo, quia castigare scelera, & ordinariarum est communis, propriaque Provincia: at Capitulum, Sede Vacante, potestatem habet ordinarij, Extrat. de majori, Exce. abilis, §. caverum, de prabend. ergo & pcedendi vitia: plebuntur autem, cum eorum auctoritate fortunis evertitur ac bonis, est id ergo Capitulum facere licitum, cum quid est a reo admittum, quod ea pena sit dignum.

Secundo, si esset Episcopus adhuc superstes, haud dubie concubinatum recti indocilem, vitaque turpem, ac eius similes, generis humani certa probra, gradu movere posset, cum praestet Ecclesiam carere labe, quam ministros impios habere; sed ab Episcopo fatis functo, transiit eius omnis auctoritas communis & ordinaria, in Canonicorum ceterum, seu Capitulum, cum olim, de majoritate & obedientia. Panvinius tractat. de potest. Capituli, Sede Vacante, part. 1. Flaminius de resignat. lib. 7. quast. 23. num. 21.

Obiicit, eiusdem est destituere, cuius & conferre: at beneficium debet a solo Episcopo conferri, ut supponitur, non a Capitulo; ergo & ab illo, non istius indigno tolli.

Major est vera, cum omnia sunt paria, quod hic non accidit, cum publica utilitas, dignitalque Ecclesiae exigat, Clericum, cuius impuri sunt mores, ut pite festenque membrum, rescindi de Ecclesia, quare cum Capitulo, Vacante Sede, permilla sint omnia, quae jurisdictionis sunt necessariae, ut dictum est antea, nec ferri possit, ac debeat, quod in pemiciem grassatur innocentium, cuiusmodi est infamis culpa, quae infamis peccandi est causa, crederem Capitulo tum permillum esse, concubinatum civitati notum, aut quemlibet alium, ei vita non distimilem, private magistratu, quem in Ecclesia gerit, quemadmodum & beneficia, quorum collatio ad Episcopum pertinet, digno demandare, cum res temporaque vrgent; quia in his quae iusta sunt ac necessaria, succedit Episcopo Capitulo, sed est concubinarij submotio rejectioque a gradu honoris, quo in Ecclesia fruitur ad istius, Deique glotiam, & bonum fidelium, necessaria non tantum, sed & iusta nocentis poena, ita & collatio magistratij quod obit, alteri facta, eiusmodi est, quae ad creati Episcopi tempora non possit differri, ne ea prerogatio infanti noceat. Ita Baunius.

RESOL. LIX.

An ea omnia, quae dicta sunt de Episcopis ad imponendas poenas, multas pecuniarias Clericis, & laicis in delictis misti fore, vel pro dispensationibus, aut commutationibus, procedant in Capitulo Sede Vacante, & eius Vicario, ita ut in quocumque eorum, & casu semper sint applicanda locis piis?

Et an praedicta applicatio statim fieri possit a Vicario Capituli? Ex p. 10. tr. 8. Ref. 10.

**E**t tandem ad complementum materiae dicendum est, id quod diximus de obligationibus locis piis, idem dicendum esse de Capitulo Sede Vacante, & eius Vicario; ut individualiter doceat novissime Paulus Squillante de obligationibus, & Privilegijs Episcoporum, p. 1. cap. 28. n. 9. vbi sic

ait: Dubitatur an Sede Episcopali Vacante, poenae pecuniariae debeant etiam locis piis applicari. Et esse applicandas locis piis tradunt. Prosper de August. Genueus, & Merolla; qui fatentur, quod applicatio praedicta, statim fieri poterit a Vicario Capituli iuxta disp. Sac. Concilij Trident. sess. 25. cap. 3. de reform. & fuit pluries observatum in Curia Archiepiscopali Neapolit. Ita ille; vbi ait quoque quod sic, ibidem, est inveterata consuetudo pro criminibus dignis compositione, compositiones facere, cum Episcopi Iurisdictione Sede Vacante ad Capitulum devolvatur, c. unico, & ibi Glossa, de majori. & obediens. taliter, quod sicut Episcopo compositiones facere, ita nec etiam, id poterit denegari Capitulo, Sede Vacante, quod quovisque durat Sedes Vacans repraesentat Episcopum, & agit quae Episcopus facere poterat. Et idem Squillante paulo infra num. 12. sic etiam ait: Nominem autem emolumentorum intelligitur poena imposita Inobedientibus, ratione contumaciae, & id etiam quod petiitur ratione decreti, quod interponitur, intelliguntur etiam compositiones, & poenae pecuniariae. Quamvis emolumenta, quae proveniunt ex poenis pecuniariis sint applicanda locis piis, iuxta disposi. S. C. T. sess. 25. c. 3. ut dictum est; & hanc sententiam tenet etiam Episcopus Riccius tom. 2. decis. 289. per totam, Genueus in praxi Archiep. c. 69. num. 4. Prosper de Augustino in Adit. ad Quarantiam, verb. capitulum, verb. Praedicta restringo, quibus adde Merollam tom. 3. disp. 7. c. 7. dub. 1. n. 21. in fine asserentem, emolumenta, quae proveniunt ex poenis pecuniariis, tempore quo vacat Sedes Episcopalis esse applicanda locis piis, iuxta dispositionem Concilij Tridentini; quae applicatio potest fieri statim a Vicario Capituli: Et haec dicta sufficiant circa praesentem quaestionem, quae omnia pro veritate scripti.

RESOL. LX.

An Capitulum Sede Vacante teneatur solvere debita Episcopi defuncti ex fructibus Episcopatus? Et docetur Capitulum Sede Vacante teneri elemosinas impertiri, ad quas Episcopus teneatur. Ex p. 8. tr. 4. Ref. 74.

**A**d hanc quaestionem satis practicabilem, affirmativè respondet Themudo tom. 1. decis. 48. num. 6. & seg. ait enim, certum esse Capitulum Sede Vacante esse administratorem rerum Episcopatus, & primo loco teneri solvere debita Episcopi defuncti ex redditibus Episcopatus, residuumque futuro Episcopo custodire, quia saepe, de elect. lib. 6. c. praesenti 9. de officio Ord. eodem lib. 6. & ibi gloss. verb. solutus debitis. Quarant. in summ. Bull. verb. Cap. Sede vac. praedicta, Azeyed. recop. l. 1. n. 2. in lege 6. a num. 4. & 19. Barbof. de potesta. Episcopi, allegat. 114. num. 8. Zerol. verbo beneficia, vers. ad 6. Boer. dist. 340. Gama decis. 13. n. 3. & 4. & dist. 340. num. 2. Cardof. verb. bona num. 29. Fulc. de visitat. l. 2. c. 7. n. 9. optimum Concilium Ecclesiasticum Cald. Garc. de benefic. 2. dq. part. cap. 1. a num. 89. Thefaur. dist. 143.

Capitulum namque succedit Episcopo in omnibus ac si viveret exceptis reservatis. Quarant. verb. Cap. Sed. vac. in princ. & alibi latius diximus; cum ergo succedat Episcopo, tenetur solvere salarium quod debetur Episcopo pro regimine vsque ad tempus (fiat) Speculator lib. 1. tit. de actore §. 1. num. 64. & l. 2. tit. de fruct. & interest. §. 1. n. 15. & lib. 4. tit. de stat. Monach. num. 64. Bart. in l. divorzio, in ius, ff. solut. Matrimonio; & ratio est, quia fructus sunt accessorii beneficii,

tract. 4. & omnes quaestiones eius pro Capitulo Sede Vacante applicanda.

LA N A E  
M N I A  
D. III. IV. V  
E. III

beneficio, qui semper debetur Prelato pro tempore quo seruiuit, *cap. non licet 2. cap. Episcopus 4. cap. cum secundum 16. cap. dilecto filio 24. de prebend. quibus ita propositis, iudex Apostolicus iuste sententiam protulit condemnatoriam.*

3. A qua sententia, cum fuisset appellatum, & causa commissa per Illustrissimum Collectorem Apostolicum, rei condemnati in libello appellatorio, formarunt articulos vbi deducebant Ecclesiam carere legitimo defensore, sine quo processus non poterat subsistere, *cap. constituitis, ne Sede Vacante, cap. 1. eodem tit. sicut processus minorum sine curatore, l. acta, §. vltim. ff. de re iudic. gloss. fin. in dicto cap. 1. ne Sede Vacante ? sic etiam acta esse nulla ex defectu legitimi defensoris, vt iura Canonica clamant.*

4. Secundo, quia in computis rationum certa quantitas non adfuit, vt erat necessarium, *l. non solum, §. is qui rationes, ff. de libera. lib. statu. liberum, §. ff. quis non dare 5 ff. de statu lib. Afflic. decis. 157. & quando dabatur error calculi, articuli recipi debebant. l. 1. C. de error. calculi 9. vbi gloss. ff. de administrat. rerum ad civit. pertinet. Bart. in l. 2. C. de iure fisco. l. 10. Garc. forens. 923. n. 3 50 36.*

5. Quibus visis, & receptis articulis erroris calculi iuxta tradita per Escobar de ration. cap. 38. n. 4. cum appellantes non probarent, sententia Auditoris cum Adiuncto confirmata fuit, per aliquot iura allegata, debita enim Episcoporum per Capitulum Sede Vacante, ante omnino solvi debere iudicavimus, anno 1640. Hucusque Themudo. Qui etiam in decis. 75. n. 9. docet Capitulum Sede Vacante teneri elemosinas impartiri, ad quas Episcopi tenentur; & adducit Calderinum, & Tuschum.

## RESOL. LXI.

An intra octo dies, in quibus Capitulum Sede Vacante, cogitur de Vicario eligendo, debeat Archidiaconus jurisdictionem administrare? Ex p. 8. tr. 4. Ref. 36.

§. 1. **R**espondet affirmativè Marcellus Vulpe in *Prax. For. Eccles. cap. 44. num. 30* eo quod ad Archidiaconum spectet dicta iurisdictione, cum ipse sit ipso iure Vicarius, *cap. 1. & cap. ad hac de offic. Archid. & de iure habet jurisdictionem ordinariam, gloss. in c. perlectis, in verb. iurgia dist. 25. nec obstat, quod dicta iura loquantur Sede plena; quia per mortem Episcopi, ea, quæ Archidiacono de iure competunt, ei non auferuntur, Sbroz de Vicar. Episcop. lib. 1. quest. 61. Abb. in cap. dilecto, num. 7. de offic. Archid. Poller. in consuet. Regni. incip. Ad audientiam nostram. n. 75. vbi dicit, ita seruatum fuisse Salerni per Capitulum tempore Sedis Vacantis, ob mortem Cardinalis Seripandi Archiepiscopi, quod Archidiaconus exerceat iurisdictionem, donec à Capitulo fuit Vicarius deputatus; & hoc non sine maxima ratione, cum experientia visum sit, quod in principio Sedis Vacantis multi improbi, audaciores fiunt, & absque Dei, & iustitiæ timore, committunt quod non sit, qui carceribus, & aliis legitimis provisionibus eorum audaciam coercet & refrænet, cum Capitulum non possit statim se congregare, & malo occurrere, multa scelera & crimina perpetrare non verentur, & exinde perturbationes multa oriuntur & scandala, quibus omnino obviandum est. *Clem. 1. de offic. ord. etiam si levia, & pusilla sunt, cap. 2. de nov. oper. num. 8. & ad evitanda scandala à iure recedi potest cap. non potest 23. q. 4. & Clem. 1. de par. Ad obviandum ergo insolentis quæ evenire solent, antequam per Capitulum Vicarius deputetur Archidiaconus, qui primam dignitatem, & locum primum in Capitulo obtinet, potest legitime exercere,**

salva tamen decisione Sacrae Concilij Congregationis. Ita Vulpe: cuius sententiam tenet etiam Solorzanus de *Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 13. n. 51. & Valenzuela conf. 101. n. 21. cum aliis.*

2. At, his non obstantibus, contrariè sententia adheret Quaranta in *summ. Bull. ver. Capitulum, Sede Vacante, n. 2. vbi ita asserit. Primo dubitatur stante praefixione termini octo dierum, infra quem Capitulum cogitur Vicarium eligere, quis interim administrabit. Respondeo quod quamvis videatur dici posse Archidiaconum debere tunc temporis vices Vicarii sustinere, per text. in cap. 1. in cap. ad hac, de offic. Archid. idque etiam sentiat Iac. Sbroz. in tract. de vic. Episc. lib. 1. quest. 61. tamen quia ex diversis non fit illatio, & dicta iura loquuntur Sede repleta, non autem Sede Vacante, quo casu de iure transit in Capitulum iurisdictione vt satis abundè supra scriptum fuit, dicendum puto infra octo illos dies totum Capitulum administrare debere. Ita ille.*

Et vt verum fatear, quia iurisdictione Archidiaconi hodie recessit ab aula, sententia Quaranta adheret, quæ firmatur ex his quæ docet Merolla, tom. 3. dist. 7. n. 7. dub. 1. n. 7.

## RESOL. LXII.

An Capitulum Sede Vacante possit restringere tempus octo dierum, statutum à Concilio Tridentino pro Vicario eligendo? Ex parte 8. tractatu 4. Refol. 65.

§. 1. **N**egativè respondet Merolla tom. 3. dist. 7. n. 7. dub. 26. n. 260. quia quamvis in potestate Capituli sit creare Vicarium etiam prima die post Episcopi mortem; non tamen statuere potest, vt intra brevis tempus assignatū à Tridentino debeat illum eligere, ita vt ad id necessitetur; nam cum Capitulum non sit superius se ipso, non potest sibi legem imponere, à qua obligetur, quia lex ligat tantum subditos ferentis, at Capitulum non est subditum sibi ipsi, quamvis quilibet de Capitulo seorsum acceptus, sit Capitulo subditus, & statutis Capituli obligetur.

2. Sed his non obstantibus, aliqui affirmativè sententiæ adherent; & ideo Quaranta in *Sum. Bulla verb. Capitulum, Sede Vacante, q. 12. §. primo dubitatur, in fine, asserit, posse Capitulum Sede Vacante, numerum octo dierum pro Vicario eligendo restringere, breviorē statuendo per text. in cap. Ecclesia vestra, vbi Abbas, not. 1. de elec. & hanc sententiam tenet etiam Genuensis in *praxi c. 88. n. 7.**

## RESOL. LXIII.

An Capitulum Sede Vacante possit post octo dies antequam Metropolitanus eligat Vicarium purgare moram, & eligere Vicarium? Ex parte 8. tractatu 4. Ref. 71.

§. 1. **A**ffirmativè respondet Garcias de beneficio tom. 1. part. 5. c. 7. n. 7. vbi existimat, quod Capitulum, quod infra octo dies Vicarium non constituit, possit re integra, antequam Metropolitanus eum deputer, moram purgare.

2. Sed contrarium, & meritò, tenet novissimè Emanuel Themudo in *decisionibus Archiepiscopalis Olyssiponsis, part. 1. decis. 22. n. 5. vbi sic ait. Si Capitulum intra octo dies Vicariū non constituat, devolvitur Vicarij deputatio ad superiorem, vti Conciliū declarat, vbi dicto, omnino, præcisam naturam habet, restrictionē aliquā non patitur, imo importat præcisam*